



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XVIII. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Arnswalde den Hof Blocksdorf, am 31. Januar 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

hagen in Edificiis seu structuris ad conservacionem Castris Meferiz exposuerit, totum ei cum maiori summa reddemus, cum ipsum Castrum cum suis pertinentiis remeere voluerimus ab eodem, dummodo rationabiliter ostendere poterit et probare. Datum Everfwolde, anno domini M^o. CCC^o. Sextodecimo, die beatorum Johannis et Pauli.

Wohlfürd 1, 614.

XVIII. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Arnswalde den Hof Blocksdorf, am 31. Januar 1318.

Nouerint vniuersi hanc literam visuri siue auditori, quod nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis et Lusacie Marchio, dedimus et per presentes donacione sincera donamus delectis nostris ciuibus de arneswalde presentibus et futuris necnon ciuitati villam Blockestorppe proprietatis titulo de iure ciuitateni perpetuis temporibus possidendam cum omnibus agris, pratis, lignis, pascuis, cum omni iure, fructu et vtilitatis commodo et cum omnibus limitibus et distinctionibus ad ipsam villam spectantibus ita, quod de ipsa possunt facere et disponere iuxta sue libitum voluntatis. Proinde dicti ciues nobis satisfecerant pro nostro arbitrio et voluntate. Renunciantes dicte proprietati eiusque omnibus iuribus que nobis aut nostris successoribus possent ex quacunque causa competere in futurum. Et ne circa premissa aliquod dubium oriatur hanc literam nostro Sigillo signatam dari iussimus super eo. Huius rei testes sunt nobilis vir Guntherus, comes de Keuernberg, Droyseko, Mathias de Bredowe, nostri milites, Euerardus, prepositus Stolpensis, hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum alijs fidedignis. Actum et datum Spandowe, anno domini M^o. CCC^o. XVIII^o., feria sexta ante purificationem sancte Marie proxima in nostra presencia.

Nach einer Mittheilung des Geh. Reg.-Rathes Hrn. von Kröcher.

XIX. Herzog Wartislaw von Pommern bekundet, das Domstift Kammin habe die Pfarre zu Zietzen seinem Cappellan Heinrich Teuce conferirt, am 14. Juni 1318.

Nos Wartislaus, Dei gracia Dux Slauorum et Cassubie, cum recognitione presencium ad singulorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus peruenire, nichilominus protestantes, Quod honorabiles viri Reymarus, prepositus, Fredericus thesaurarius Capitulumque Caminense contulerunt vnanimi consensu et voluntate libera domino Hinrico, dicto Teuce, Capellano nostro, beneficium ecclesiasticum in Cziten propter Deum cum pensione annexa, videli-